

TABULA XXII.

DE VERO.

Doctrina de
VERO non est
aliena à Me-
taphysicâ tra-
ctatione, quia
perinde ac a-
lii termini
universales
res naturales,
transcendit.
Est autem (α)
VERITAS
conformitas
(quoad re-
præsentatio-
nem) Intelle-
ctus (actus in-
tellectus) cum
re. Et est (β)

In secundâ mentis operatione,
quæ dicitur *compositio & divisio*, & in eî responden-
te oratione *enunciativâ*; in
quâ ipsâ quoque vel com-
positio fit, vel divisio seu
remotio prædicati à sub-
jecto. Dicitur autem solet
à nonnullis veritas com-
plexa, quia inest in com-
plexis tum conceptibus,
tum vocibus. Et est ve-
ritas absolutè & propriè
dicta. A *veritate* ut & ab
oppositâ *falsitate* denomi-
nantur

1. Secundâ mē-
tis operatio.
(γ)
2. Oratio Enū-
ciativa. Et
quidem u-
traque

I. **ABSOLUTE.** Illud autem denominatū
absolutè ab altero, de quò prædicatur alte-
rū sine ullō aliō additō vocabulō, & quidē
in concretō e. gr. ignis denominatur à ca-
lore *absolutè*, quia de igne prædicatur ca-
lor in concretō, nempe calidum esse, &
quidem sine ullō aliō additō vocabulō, ut
cum dico; *ignis est calidus*: Ita etiam pro-
positiones appellantur à *veritate & opposi-
tâ falsitate* absolutè, quando tō verum vel
falsum esse de ipsis dicitur sine ullō aliō vo-
cabulō additō, ut cum dico: Hæc proposi-
tio, *ignis est calidus*, est vera. Vel, hæc
propositio, *ignis est frigidus*, est falsa.

II. **INTRINSECE.** Illud denominatur *in-
trinsecè* ab altero, in quò est illud, à quò
denominationem habet e. gr. ignis à calo-
re denominatur *intrinsecè*, quia id, à quò
denominatur, nempe *calor est in igne*; ita
propositio à *veritate* denominatur, quia
veritas est in propositione.

* Hic notari debet, quod *veritas in hoc* consistat, quod *com-
ponuntur, que in re unum sunt*, ut si dicam vel concipiam,
ignem urere, aut dividuntur ea, *que in re unum non sunt*, ut
si dicam, *hominem non esse lapidem*. Componi dicun-
tur h. l. illa, quæ in propositione per verbum *EST* con-
junguntur, & quorum unum de altero affirmatur; illa au-
tem dividi dicuntur, quæ in propositione per particulam
negantem à se invicem divelluntur, vel quorum unum
negatur de altero in propositione, ut in hac ptopositione,
homo non est lapis.

** *Falsitas in hoc* consistit, quod *componuntur ea, que in re
non sunt unum*, ut si dicam, *hominem esse lapidem*, vel *divi-
duntur ea, que sunt unum*, ut, si dicam, *hominem non esse
animal*.

1. **Cum appositō tantum.** Illud autem denomi-
natur ab altero cum appposito, de quò præ-
dicatur alterum in concretō & quidem cum
aliō quōdam vocabulō additō e. gr. Cadav-
er hominis denominatur ab humanitate,
cum *appositō*, quia de cadavere prædicatur
concretum; nempe *homo cum aliō vocabu-
lō additō*, nempe *mortuus*, cadaver enim,
nō dicitur homo *absolutè*, sed homo *mortu-
us*. Ita res ipsæ à veritate non dicuntur *veræ
absolutè*, sed *veræ res*, sicut v. gr. aurum
Hungaricum non dicitur verum, sed verum
aurum; Alexander non dicitur verus abso-
lutè, sed *verus homo*.

2. **Extrinsecè;** illud autem denominatur ab al-
terō *extrinsecè*, cui alterum, à quò habet ap-
pellationem, non inest; sic Deus dicitur ad-
orari, & sic denominatur ab adoratione *ex-
trinsecè*, quia adoratio, à quâ habet appella-
tionem, est extra Deum. Ita res dicuntur *veræ
res* à veritate, quæ non est in rebus, sed in
propositionibus, cognitione intellectus, ad-
coque denominatio hæc est extrinseca.

3. Resi-
psæ, ubi
notan-
dum

1. Quod denominentur